Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965), *jedoch statt* sanctorum *Z. 3:* beatissime et gloriosissime virginis Marie ac sanctorum Petri et Pauli ac sancti Stephani prothomartiris.

1451 Mai ⟨24⟩, Würzburg.[1] — Nr. 1325

NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Pfarrkirche der heiligen Bekenner Maternus, Eucharius und Valerius in Güntersleben.[2]

Kop., Perg. (15. Jh.): GÜNTERSLEBEN, *Pfarrarchiv, Nr. 1b*[3]; *(1609):* WÜRZBURG, *Diözesanarchiv, Ämterakten, Amt Arnstein K 2 Fasz. 2 f. 588v (freundl. mitgeteilt durch E. Soder v. Güldenstubbe).*
Erw.: Amrhein, Archivinventare 759; Koch, Umwelt 123; Wendehorst, Bistum Würzburg II 183.

Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965).

---

[1]) Lune vicesimatercia mensis maii. *Der Montag fiel jedoch auf den 24. Mai. Die Kopie von 1609 hat nach Mitteilung von E. Soder v. Güldenstubbe sogar das Datum "25. Mai".*
[2]) *Bei Würzburg.*
[3]) *Es handelt sich um ein quadratisches, etwa 60–61 cm² großes Pergamentblatt, auf dem von ein und derselben Hand mehrere Ablaßurkunden abgeschrieben sind.* Nr. 1325 *ist das jüngste Stück, doch folgt ihm noch eine Urkunde B. Johanns II. von Würzburg von 1417. Löcher an den vier Ecken lassen vermuten, daß das Blatt zum Anschlag diente. Nach* Nr. 1325 *heißt es in dem zwischen* Nr. 1325 *und der Urkunde Johanns II. übriggebliebenen Zeilenrest:* Item honorabilis dominus Iohannes Grůbener de Fulda plebanus tunc temporis huius ecclesie extraxit et procuravit huiusmodi indulgencias. Orate pro eo propter deum. *Obwohl hier eingefügt, dürfte sich die Notiz auf das ganze Blatt beziehen, wenn sie nicht einem Vorgänger noch ohne die Urkunde Johanns II. angehört und von dort auf die vorliegende Pergamentseite übernommen wurde.*

1451 Mai ⟨24⟩, Würzburg.[1] — Nr. 1326

NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Pfarrkirche der heiligen Vitus, Modestus und Crescentia in (Veits)höchheim.

Or., Perg. (Schnurlöcher; S und Schnur fehlen): WÜRZBURG, *StA, Würzburger Urkunden 29/98. Auf der Plika:* H. Pomert*; unter der Plika:* Visa. T. L.
Erw.: Wendehorst, Bistum Würzburg II 183.

Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965).

---

[1]) Die lune vicesimatercia mensis maii. *Der Montag fiel jedoch auf den 24. Mai. Ebenso aber auch* Nr. 1325.

⟨1451 Mai 23 / 25⟩, Würzburg ⟨St. Stephan⟩.[1] — Nr. 1327

NvK. Er gewährt auf dem zu Würzburg abgehaltenen Provinzialkapitel der Benediktinerklöster der Provinz Mainz allen nach dem mos ordinis *Lebenden, die im vergangenen Jahre wegen Einhaltung der Ordensdisziplin nicht nach Rom ziehen konnten, einmalige* plenissima remissio *und gibt die einzelnen Bedingungen hierfür einschließlich der Absolutionsformel bekannt.*

Kop. (Mitte 15. Jh.): PADERBORN, *Archiv des Erzbistums, Hs. 44 f. 336rv Nr. 726. Zur Hs. (Kopiar des Augustinerklosters Böddeken) s. Schmitz-Kallenberg, Inventare der nichtstaatlichen Archive des Kreises Büren 110–114; W. Segin, in: Monasticon Windeshemense II 63.* Nr. 1327 *stammt wie die meisten der weiter unten noch zu berücksichtigenden Stücke aus dieser Hs. von der Hand des Böddekener Augustiner-Chorherren Johannes Valbert; Schmitz-Kallenberg, Inventare 111f. Zu seiner Person s. auch Segin, Böddeker Chorherrn 247.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Erw.: Schmitz-Kallenberg, Inventare 114.

Die von uns vorgenommene Zuschreibung der Textformulierung an NvK geht von der Bedeutung der Sache aus. Man könnte auch an Livingston denken.

Concurrentibus pridem nobiscum venerabilibus in Christo patribus nobis dilectis abbatibus et prelatis monasteriorum ordinis sancti Benedicti de provincia Maguntina pro celebrando capitulo provinciali iuxta morem dicti ordinis Herbipoli congregatis invenimus plerosque, quos amor discipline et observancie regularis, sub qua degebant, retraxerunt, ne proxime preterito iubilei anno peregrinacionis periculo ad limina sanctorum in urbe Romana visitanda se exponerent, nonnullos eciam ex eis, qui, quamquam sub plena observancia regulari sui ordinis non viverent, ipsam tamen observanciam infra annum realiter amplecti et continuare promiserunt fide data in manibus nostris.

Nos igitur et hos, ut recte vivendi normam teneant et in melius proficere studeant, confortare et adiuvare illosque, ut rectioris vite formam apprehendere sollicicius perquirant, specialis gracie donis allicere cupientes, ipsorum omnium humilibus supplicacionibus inclinati, omnibus et singulis iuxta morem ordinis viventibus, prelatis et religiosis sub religionis observancia tunc viventibus ac eciam illis, qui, etsi eandem observanciam hactenus non tenuerunt, eam tamen infra anni spacium extunc continuo computandum realiter, ut prefertur acceptarent, acceptacionem sine fraude continuarent, noviciisque et noviciandis infra annum huiusmodi, conversis et donatis seu obedienciariis, eciam laicis utriusque sexus, ut confessor ydoneus, quem ipsi seu quilibet eorum elegerint seu elegerit, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel tantum in vita plenissimam remissionem eis in sinceritate fidei et unitate sancte Romane ecclesie persistentibus necnon a quibuscunque excommunicacionum et suspensionum et interdicti sentenciis et censuris a iure vel ab homine generaliter vel specialiter promulgatis, a labe quoque symonie sive in ordine sive in beneficiis contracta, reatibus periurii ceterisque peccatis, criminibus, excessibus et peccatis suis omnibus, eciam in casibus sedi apostolice reservatis previa satisfactione illorum, quibus illa premissorum occasione fuerit inpendenda, in forma ecclesie consueta absolvere necnon cum eis super irregularitate, si quam dictis sentenciis aut aliorum aliqua ligati celebrando divina seu illis se inmiscendo aut alias quovismodo contraxissent aut aliquis eorum contraxisset, ut in susceptis ordinibus ministrare et ad restantes ordines eciam sacros promovere licite possint, dispensare omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eos seu eorum aliquem quomodolibet contractam abolere, auctoritate apostolice sedis specialiter nobis desuper commissa libere valeant, eadem auctoritate graciose duximus indulgendum et indulgemus,

sic tamen, quod infra annum a data presencium computandum presbiteri duodecim missas, quas voluerint, continuatis vel interpolatis diebus, dyaconi vero, subdyaconi seu eciam clerici quicunque non sacerdotes quatuor psalteria ac dicti professi necnon conversi ceterique fratres laici vigintiquatuor vicibus quadraginta Pater noster cum Ave Maria dicere debeant; illi vero ex eis, qui ad ieiunium vel carnium abstinenciam ex voto astricti non fuerint, septem sextis feriis ieiunare et septem quartis feriis a carnibus abstinere, ceteri vero ad abstinenciam et ieiunium huiusmodi dictis diebus ex voto regulari astricti septem aliis diebus, quibus alias ieiunare non tenentur, ieiunium huiusmodi adimplere omnino sint obnoxii, et omnis nichilominus utriusque sexus persone prefate triginta diebus altare vel altaria, quod vel que habeant infra ambitum maioris ecclesie sue, et claustra monasteriorum suorum cum aliquibus oracionibus sive

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

precibus devotis visitare teneantur. Infirmi vero senes et debiles et impotentes quoad penitenciam huiusmodi, si eam non in toto vel in parte commode adimplere nequiverint, suorum confessorum iudicio stare debent; alioquin huiusmodi nostra concessio nullius sit valoris vel momenti. Datum.

Ad mandatum reverendissimi domini cardinalis legati.

Forma absolucionis hec est. Auctoritate *(usw. wie* Nr. 1007, *doch fehlt Z. 4* cum plenaria remissione*)*.

Et dicatur semper, quod indulgenciam plenam consequantur peractis illis, que in cedula indulgenciarum scripta continentur, quantum quemlibet concernere videntur.

1–3 nobis — congregatis *von derselben Hand am Rand ergänzt und gefolgt von zusätzlichem* Invenimus etc. 53 quantum — videntur *von derselben Hand später ergänzt folgt noch der Hinweis des Schreibers* De hac cedula effectum vide infra fo. cccxii^{o} Venerabiles etc. *(= unsere* Nr. 1586, *die in der Tat weiter unten f. 311^{v}–312^{r} nach der ursprünglichen Blattzählung eingetragen ist).*

---

[1]) *Dem Datum des Würzburger Provinzialkapitels in Z. 1–3 entsprechend.*

〈1451 Mai 23 / 25〉, Würzburg St. Stephan.[1]) **Nr. 1328**

Notandum de indulgenciis concessis per dominum legatum tituli sancti Petri ad vincula *als Vorsitzenden des Provinzialkapitels für alle Benediktiner in der Provinz Mainz und der Diözese Bamberg.*[2])

Kop. (1474/1476): Augsburg, *Univ.-Bibl. (ehemals:* Harburg*) II. 1.2° 38 f. 82^{rv}. Zur Hs. (Provenienz: Benediktinerkloster Hl. Kreuz zu Donauwörth) s. G. Hägele, Lateinische mittelalterliche Handschriften der Universitätsbibliothek 1 (Die Handschriften der Universitätsbibliothek Augsburg I/1), Wiesbaden 1965, 190.*

Quod religiose persone in monasteriis suis manendo maius altare visitare teneantur et ecclesiam circuire xxx[a] vicibus intus vel extra[3]), orare x Pater noster pro defunctis, x pro ecclesia universali et papa, x pro rege Romanorum et domino loci et x pro peccatis, et septem sextas ferias ieiunare, xii missas legere in sacerdocio constituti, reliqui infra sacerdocium constituti quatuor psalteria legere teneantur, per septem quartas ferias eciam a carnibus abstineant interpolatis vel continuatis diebus[4]), isti assequantur plenariam indulgenciam omnium suorum peccaminum in nomine domini ad instar iubilei, ac meritis Christi et sanctorum atque auctoritate apostolorum Petri et Pauli et sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti vicarii Iesu Christi et sancti Petri successoris intervenientibus misericorditer assequantur.

Ita concessum est omnibus religiosis ordinis sancti Benedicti provincie Moguntine et dyocesis Bambergensis in ecclesia sancti Stephani Herbipolensis per reverendum dominum Nicolaum prefatum in capitulo provinciali presidentem, ista tamen adiecta condicione, quod omnes persone, que ipsam regulam sancti Benedicti a sede apostolica approbatam expresse vel tacite professe sunt et illam non servant, ille enim, quamdiu votum professionis et regule non tenent, deo fidem, quam promiserunt, non servando, incapaces huius dei gracie sunt.[5]) Conversi et donati ieiunent et orent prout supra. Insuper absolvit religiosos tales ab omni contribucione materiali, quam pro huiusmodi indulgencie consecucione debent.

---

2 orare *vor* intus 10: Benedicti: Benedicti qui.

---

[1]) *Das Datum wie* Nr. 1327 *und Z. 10–12 entsprechend.*

[2]) *Trotz mancherlei Übereinstimmungen (s. Anm. 3–5) stellt* Nr. 1328 *doch keinen bloßen Extrakt aus* Nr. 1327 *dar, deren Bestimmungen überdies umfangreicher als die in* Nr. 1328 *genannten sind.*

[3]) *Zu Z. 1f. s.* Nr. 1327 *Z. 42–45.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.